

periret, eandem in cottidianis cantibus celebrarunt. appellatur autem bucolicum a maiori parte. bucolicum id est boum cultura, quam opilionum et cantica in his inserantur. haec bucolica egloga continet. 'egloga' enim graece, latine 'excerptio' sive 'gratiarum actio' et 'conloquium' dici potest 95 propter collectionem ex multis libris vel historiis seu fabulis in unam fabulam collectam veluti epistola. georgicon plurale nomen est compositum: 'ge' enim graece, latine 'terra' dicitur; 'orgin' vel 'orgon' graece, latine 'culmen' vel 'cultura' intellegitur et est nomen georca carmina id est terrarum 100 cultura. 'Eneidos' potronimicum est et genitivus. nepos Caesaris. propter narrationem Aeneae et posteritatis eius.

quales auctores assimilatus est Virgilius? Teocritum Siracusanum in bucolicis, qui VII eglogas narrat typice dicens (*bucol. II, 36*): 'est mihi disparibus septem compacta 105 cutis'. Virgilius decem. Isiodum Ascreum in georgicis, qui duos libros composuit de agricultura, unum de semine faris et plantatione vitis et arborum, alterum de pastu pecorum et iumentorum et de pastu vel cura apium. econtra Virgilius scribit quatuor propter quatuor species agricul- 110 turae. ager enim 'arvus' dicitur propter arandum et 'consitus' propter insertas arbores et vites in ordine positas aut 'pastus' propter pastum pecorum et iumentorum aut 'florens' propter flores collectos in agro convenienti ad pascendas apes. in XII vero libris Omerum imitatus est, 115 qui praecellit omnes poetas Graecorum, inter quorum poemate XLIII libros de insignis (*sic*) eorum operibus et praecipue de versione Troiae conscripsit. haec contra Virgilius undecim libros composuit in laude Romarum. quot sunt partes principales scientiae? in poemate Virgillii tres: phy- 120 sica id est naturalis in bucolicis, ethyca id est moralis in georgicis, loyca id est rationalis in XII libris Aeneidos.